

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Quot modis sumi potest Eucharistia?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Euchar. Cap. X. 179*

ad salutem necessaria est, quia omitti absque peccato non potest propter præceptum, quod instat, nisi adsit aliqua ratio, quæ dispensare censeatur à præcepto. Sic necessarium est ad salutem audire Missam die Dominicâ, quia præceptum est; quamvis aliàs salus obtineri possit, cùm ob grave aliquod incommodum accedit legitima non adimplendi præcepti dispensatio.

*Quæst. 2. Quot modis sumi potest Eucharistia?*

*Resp.* Dupliciter sumi potest. Primo realiter, & verè. Secundo spiritualiter, & in voto. Sumitur realiter, cùm suscipitur ore corporeo; sumitur spiritualiter, cùm scilicet, quamvis realiter non sumatur, adest tamen verum illam recipiendi desiderium, quod desiderium seu votum esse potest vel implicitum, vel explicitum: votum explicitum est, cùm adest vera, & expressa voluntas sumendi Eucharistiam: est tantum implicitum, cùm licet non sit expressa suscipiendi voluntas, aliquod tamen recipitur, quod in se continet hujus Sacramenti votum, seu desiderium, sic ut ait Divus Thomas;

*Perceptio Baptismi est necessaria ad inchoan-* D. Th. 3. p.  
*d im spiritualem vitam: perceptio autem Eu-* q. 73. art. 3.  
*charistia est necessaria ad consummandam ip-* in corp<sup>a</sup>  
*sam. Per Baptismum ordinatur homo ad Eu-*  
*charistiam: & ideo ex hoc ipso quod pueri*  
*baptizentur, ordinantur per Ecclesiam ad Eu-*  
*charistiam. Et sicut ex fide Ecclesia credunt,*  
*sic ex intentione Ecclesia desiderant Eucharis-*  
*tiam; & consequenter recipiunt rem ipsius,*  
*quæ est unio cum Ecclesia.*

*Quæst. 3. Eucharistia realiter sumpta, est-*  
ne de necessitate medii ad salutem tam pue-  
ris quam adultis?

*Resp.* Non est hoc modo necessaria,